

Homo genitus est Deus, vera est propositio, quia hic homo per generationem habet ut sit Deus, d. 31, s. 6.
Homo cœpit esse, demonstrato Christo, dici non potest, ib.
 Homo quomodo ut imago Dei adorari possit, d. 54, s. 6.
 Vide Satisfactio, Meritum.

HONOR.

Honor eo major est, quo a majori persona exhibetur, d. 4, s. 3.
 Honor quid sit, et qualiter se habeat ad adorationem, d. 51, s. 1.
 Honorari potest Deus solo interiori motu cordis, s. 2.
 Honor civilis et externus principibus jure naturali debetur, d. 52, s. 1.

HUMANITAS. HUMANITAS CHRISTI.

Humanitas unita tribus personis non esset *sanctior neque venerabilior*, quam sit nunc uni tantum conjuncta, d. 4, s. 4.
 Humanitas Christi non prius fuit prœvisa ut existens in esse naturæ, quam prœdestinata ad unionem hypostaticam, d. 5, s. 1.
 Humanitas et ejus subsistentia fiunt per actiones aliquo modo in re distinctas et separabiles, d. 8, s. 1.
 Humanitas Christi distincta actione formatur, et Verbo copulatur, ib.
 Humanitatis Christi conceptio quoad modum fuit supernaturalis, quoad substantiam vero naturalis, ib.
 Unio autem ad Verbum omnino supernaturalis, ib.
 Humanitas Christi prius natura existit quam assumatur a Verbo, ib.
 Humanitas Christi si dimitteretur a Verbo, non desineret esse simpliciter, sed subsisteret in propria, ib.
 Humanitas non advenit Verbo accidentaliter, nec Verbum humanitati nisi substantialiter, s. 2.
 Humanitas est subjectum et non fundamentum relationis ad Verbum, s. 3.
 In humanitate Christi fuit aliqua existentia creata substantialis, sed incompleta, s. 4.
 Humanitas a Verbo dependet in subsistendo, quomodo non pendet a Patre vel Spiritu Sancto, ib.
 Humanitas non manet violenter in Verbo, et cur, ib.
 Humanitas Christi habet naturalem capacitatem ad propriam subsistentiam, sed non appetitum, ib.
 Humanitas quomodo sit in Verbo, ib.
 Humanitati ratione unionis debetur major honor quam cuilibet personæ creatæ, d. 9, s. 2.
 Humanitas Christi ex vi suæ productionis non habet gratiam unionis nisi concomitanter, ib.
 Humanitas Christi, vel anima non meruit, nec mereri potuit electionem suam seu prœdestinationem ad unionem hypostaticam, d. 10, s. 3.
 Humanitas Christi non est capax meriti, ib.
 Humanitas Christi seu anima non meruit suam assumptionem, etiam de potentia absoluta, ib.
 Humanitas Christi prius natura quam assumatur a Verbo, qualiter dici possit per se existens, d. 11, s. 3.
 Humanitas natura sua non est capax subsistentiæ communicabilis, bene tamen per potentiam obedientialem, d. 13, s. 2.

Humana natura secundum dignitatem et secundum necessitatem fuit a Verbo maxime assumptibilis, d. 13, s. 4.
 Humanitas ita Verbo unita est, ut ubicumque sit, illi unita sit, ib.
 Humanitas in duobus locis existens quod in uno habeat personalitatem propriam, et in alio illa careat, et existat in Verbo, non implicat, ib.
 Secus in eodem loco, ib.
 Humanitatem aliunde quam ex stirpe Adæ Verbum potuisset assumere, d. 14, s. 2.
 Humanitas a Verbo assumpta, est unica, individua et singularis, d. 15, s. 1.
 Humanitas hæc non de novo creata est, sed ex stirpe Adæ concessa, ib.
 Humanitas Christi non prius tempore existit, quam sit unita Verbo, s. 8.
 Humanitas ut est quædam natura integra et totalis, assumptibilis est propria, et adæquata assumptione, d. 17, s. 5.
 Humanitatem Christi unctam esse divinitate, Scripturæ more idem est ac esse sanctificatam, d. 18, s. 1.
 Humanitas non potest assumi in puris naturalibus, id est nec grata, nec ingrata Deo, ib.
 Humana natura a Verbo assumi non nisi in statu naturæ integræ, s. 4.
 Humanitas Christi ex vi solius unionis ad Verbum non est facta potentior physice ad operandum, quam ex natura sua esset, d. 31, s. 1.
 Humanitas Christi organum fuit divinitatis, s. 3.
 Humanitas Christi non fuit principale principium ad efficienda miracula, sed solum instrumentale, s. 4.
 Et eodem modo se habet respectu productionis gratiæ, ib.
 Humanitas Christi per solam unionem ad Verbum non constituitur in actu primo ad operandum supernaturaliter, s. 6.
 Humanitas Christi operari potest miraculose, ubi non est localiter præsens, s. 8.
 Humanitas Christi non potuit efficienter operari antequam existeret, instrumentaliter physice, ib.
 Humanitati Christi an fuerit communicata potestas creandi, vel an aliquando ea usa fuerit, ib.
 Humanitas Christi ad quod miraculorum genus assumpta fuerit, ib.
 Humanitas Christi neque æterna, neque immensa dici potest, d. 32, s. 4.
 Humanitas Christi potuit toto mundo fieri præsens, ib.
 Non est ita de facto, ib.
 Humanitas mutans locum secum fert unionem ad Verbum, et ita mutata humanitate, nulla fit in Verbo mutatio, ib.
 Humanitas Christi per unionem ad Verbum facta est impeccabilis, d. 33, s. 2.
 Humanitas Christi, ex quo incepit esse Verbo unita, habuit unicam invariata existentiam, d. 36, s. 1.
 Humanitatem Christi carere scientia beata et infusa, de absoluta Dei potentia non repugnat, d. 38, s. 5.
 Humanitas considerata ut præcisa, a Verbo et amari et laudari potest, d. 53, s. 3.
 Summa excellentia, propter quam est adorabilis humanitas, est gratia unionis, ib.
 Humores omnes immediate fuisse Verbo unitos, auctores tradunt, et probabilius est, d. 15, s. 7.
 Cur excrementa ab Aristotele vocentur, ib.

HYPOSTASIS.

Hypostasis græcæ, idem quod *suppositum* latine, d. 7, s. 3.
 Hypostasis vox imposita est ad significandam personam, d. 11, s. 3.

I

IDOLOLATRIA. IDOLUM. IDOLODULIA.

Idololatriæ nomine cur falsorum Deorum cultus significetur, d. 51, s. 3.
 Idolum falsam imaginem significat, quæ vel repræsentat quod non est, vel quale non est, d. 54, s. 8.
 Idoli nomen in Scriptura semper in malam partem sumitur, ib.
 Idololatria tunc proprie committitur, cum adoratio soli Deo debita ei, qui Deus non est, communicatur, d. 55, s. 1.
 Erigere Deo imaginem, ut propriam ejus naturam, sicut est, repræsentet, idololatria, ib.
 Error idololatriæ unde ortus, ib.
 Varii modi antiquæ idolorum culturæ, ib.
 Idolodulia est aliquid honorare adoratione Sanctis debita, tali adoratione indignum, ib.
 Idolorum usus qualiter ab imagine differat, vide Imago, ib.

IMAGO. IMAGO DEI, CHRISTI ET ANGELORUM.

Imaginem Sanctorum usum qui hæretici detestati, d. 54, s. 1.
 Variæ causæ ob quas imagines depingi possunt, ib.
 Imago in se continet prototypum in esse repræsentativo, s. 4.
 Imaginum usus licitus et honestus, s. 1.
 Et propter varios et honestos fines in Ecclesia introductus, ib.
 Imagines Sanctorum congrua et honesta templorum ornamenta, ib.
 Non solum licet depingere imagines historiam continentes, sed simplices picturas, ib.
 Dei et Angelorum imagines licite et religiose in usu habentur, ib.
 Non tamen possunt esse nisi metaphoricæ, ib.
 Si semel tamen ad repræsentandum instituantur, sacræ sunt et honorandæ, s. 6.
 Non possunt ad libitum depingi, sed juxta Ecclesiæ usum, in forma in qua aliquando apparuere, s. 3.
 Variæ contra imaginum adorationem hæreses, ib.
 Imagines Sanctorum adorandas honorificeque tractandas, ex sacra Scriptura probatur, ib.
 Ex Ecclesiæ definitione, ib.
 Ex communi usu et traditione, ib.
 Ratione ostenditur, ib.
 Miraculum pro adoratione imaginis B. Virginis factum, ib.
 Ut colantur, quali publica impositione et auctoritate indigeant, s. 6.
 Ex relatione quam habent ad res sanctas quas repræsentant, quodammodo sanctæ dicuntur, s. 3.
 Imaginum adoratio prout ad illas terminatur, respectiva, ib.
 Non autem abusiva, vel impropria, qualis esset si adorari dicerentur ex eo solum, quia ad præsentiam earum prototypa adorantur, ib.
 Non solum actionibus externis adorandæ, sed et aliqua interior adorationis intentio, sine qua vera

adoratio consistere non potest, in eas dirigenda, d. 54, s. 3.
 Varia ad hoc VII Synodi loca ponderantur, ib.
 Adoratio ad præsentiam imaginum tripliciter fieri potest, s. 4.
 Ex præsentia imaginis sumpta occasione, potest prototypum adorari non adorata imagine, ib.
 Et prototypum imagine, et imago propter prototypum uno eodemque actu interiori et exteriori possunt adorari, ib.
 Qua adoratione res repræsentata in imagine propter intrinsicam suam excellentiam primario adoratur, ib.
 Tota ratio adorationis imaginum est excellentia prototypi, ib.
 Adoratio qua imago simul cum prototypo coadoratur, respectiva est prout ad imaginem terminatur, ib.
 Imagines licet non possint adorari nisi propter exemplar, possunt tamen in se et proprie adorari, non adorato directe et ut quod exemplari, s. 5.
 Qui modus adorationis rectus est et honestus, ib.
 Cum hoc modo imago adoratur, eadem, qua res aliæ sacræ inanimes, adoratione colitur, ib.
 Idem habitus ad exemplaris et imaginis propter ipsum adorationem inclinatur, ib.
 An hæc imaginis adoratio ut ab exemplari præcisa dicenda sit latria, ib.
 Tota hæc adoratio imaginis quantumvis præcisa in exemplar refertur, et qua relatione, ib.
 Varia dicta Conciliorum qualiter cum hoc modo adorationis stare possint, ostenditur, ib.
 Patrum etiam testimonia explicantur, ib.
 Imago ut in actu exercito considerata semper proponit exemplar ut objectum primario adorandum, cum quo ipsa coadoretur; secus si tantum prout res quædam sacra concipiatur, ib.
 Cur ejusdem personæ uni imagini major deferatur quam alteri, ib.
 Qualiter in omni imaginum adoratione idem motus sit in istam, qui in exemplar, ib.
 Adoratio Dei vel Christi pariter circa terram et imaginem exerceri valet; at terra tunc non adoratur, secus imago, et quare, ib.
 Irreverentia facta imagini ex contemptu exemplaris multo major quam facta ex sola irreverentia erga res sacras, ib.
 Dei et Angelorum imagines quamvis metaphoricæ, eodem duplici modo cultus, quo reliquæ imagines, adorandæ, s. 6.
 Usus et adoratio imaginum non est in præcepto naturali, nec divino, ib.
 Consuetudo tamen Ecclesiæ circa imaginum usum est instar præcepti, et quando obliget, ib.
 Supposito sacrarum imaginum usu, duplex de earum adoratione ex ipsa rerum natura præceptum oritur, affirmativum unum, negativum aliud, s. 7.
 Imaginum usus contra idolorum cultum inventus, s. 8.
 Quantum inter imaginum adorationem et idolorum cultum intersit, et inter imagines et idola, ib.
 Imagines nostræ, neque idola, neque simulacra, neque sculptilia nominandæ, id.
 Imaginis sanctificatio non consistit in unctione vel benedictione aliqua, sed in repræsentatione personæ sacræ, s. 5.
 Imagini sacrificium offerri non potest, neque ad

eam nisi figurato sermone preces fundi, d. 41, s. 2.
 Quomodo per imaginem Christi ut hominis humanitas a divinitate non dividatur, ut contendunt hæretici, d. 53, s. 3.
 Duas sui ipsius imagines Salvator ipse reliquit, quarum unam, dum viveret, ad Abagarum; ad alium regem Persiæ aliam misit, d. 54, s. 1.
 Imagines Christi crucifixi a Nicodemo depictæ historia a VII Synodo approbata, ib.
 Imago seu statua Salvatoris Cæsareæ erecta a muliere a sanguinis fluxa sanata, ib.
 Imago Christi sub figura agni, VI Synodo, canone 82, approbatur, s. 2.
 Imaginis Christi adoratio, qua Christus primario adoratur, coadoratur imago, vera latria est, quamvis idem ipse actus, ut ratione nostra intelligitur terminari ad prototypum, sit perfecta latria, ut vero ad imaginem, imperfecta tantum, s. 4.

INCARNATIO.

Incarnationis mysterii tractatio totius Theologiæ præstantissima, excepto Trinitatis mysterio, Præfat.
 Hujus mysterii quanta difficultas, ib.
 Incarnatio omnibus gratiæ et creationis operibus excellentior, ib.
 Incarnationis consideratio triplicem Theologiæ totius considerationem complectitur, ib.
 Incarnationis vox non refugienda, optime enim hoc mysterium ex ignobiliore parte assumpta exprimit, ib.
 Incarnationis nomen fundamentum habet in sacra Scriptura, ib.
 Incarnatio Deo maxime conveniens ad ejus bonitatem ostendendam, d. 2, s. 4.
 Incarnatio, secundum Augustinum, est supremum exemplar gratiæ, ib.
 Per illam se perfectissime communicavit, ib.
 Ut mutatio est, creaturæ convenit, Deo autem ut communicatio boni infiniti, ib.
 Nulla ratione impossibilis probari potest, nec possibilis demonstrari, licet supposita fide, variis exemplis et conjecturis ratione naturali verisimilis ostendatur, d. 3, s. 1.
 Qualiter hoc mysterium in Dei visione cognoscatur, s. 2.
 Incarnationem factam esse unum ex potissimis fundamentis nostræ fidei, ib.
 Non tamen potest evidenter probari contra infideles, ib.
 An potuerit ex aliquo effectu cognosci, ib.
 Quomodo et cognosci et prædici potuerit a nonnullis gentilibus, ib.
 Incarnationis opus et Deo ipsi et humanæ naturæ maxime conveniens, ib.
 Est quasi complementum et perfectio universi; et qualiter ex illa ad omnes creaturas redundet dignitas, ib.
 Rationes, quæ incarnationem convenientem probant, vim etiam habent in statu naturæ integræ, ib.
 Fuit, supposita Dei voluntate, ad hominis salutem necessaria, non tamen simpliciter ad hominis reparationem, ex cujus lapsu maxima ejus necessitas orta, ib.
 Patres, qui eam necessariam dicunt, quomodo intelligendi, d. 4, s. 1.

Fuisse medium convenientissimum omnium possibilem ad redemptionem nostram multis ostenditur, s. 2.
 Incarnatio unius divinæ personæ esset præmium adæquatum uni actui meritorio Christi, intensive non extensive, s. 4.
 Incarnationis causam esse peccatum non ubique Scriptura tradit, cur vero illi frequentius attribuitur, s. 12.
 Incarnatio ab Adam cognita fuit et prænunciata, ib.
 Incarnationis causam fuisse peccatum ex Patribus effectibus et conjecturis ostenditur, ib.
 Non omnes rationes, ob quas incarnatio facta est in persona Verbi, ortæ sunt ex hominis lapsu, d. 5, s. 2.
 Incarnationis voluntas præcessit voluntatem permitendi peccatum simpliciter et in genere causæ finalis, s. 3.
 Præcessit item voluntatem dandi gratiam Adæ, ib.
 Item præscientiam absolutam peccati originalis, ib.
 Posterior tamen fuit quam scientia conditionata illius, ib.
 Incarnatio et passio in eo differunt, quod incarnatio per se amabilis sit, passio vero non, ib.
 Incarnationis adæquatum motivum et sufficiens, non fuit unicum tantum, sed plura totalia et per se sufficientia, et quæ fuerint, s. 4.
 In quo hoc habeat fundamentum, ib.
 Incarnationis mysterium per se amabilius est quam sint Angeli et homines, non solum in esse naturæ, sed etiam in esse gratiæ, ib.
 Sola hominum redemptio sufficiens ratio fuit, ut propter eam solam Deus vellet incarnationem, ib.
 Unde constat incarnationis motiva fuisse de facto plura, ib.
 Quare incarnatio dicatur esse facta ob nostram redemptionem, ib.
 Incarnationis solam causam esse remedium peccati, Sancti dicentes explicatur, ib.
 Incarnationis prima causa fuit excellentia ipsius mysterii, et alia bona, quæ ipsum consequuntur absque remedio peccati, secunda redemptio nostra etiam quoad substantiam ipsius mysterii, ib.
 Qualiter hæc inter se cohereant, optimo exemplo declaratur, ib.
 Quodnam ex his motivis fuerit præcipuum et efficacius, tam respectu divinæ voluntatis, quam nostri, utpote divinam charitatem erga nos magis ostendens et commendans, ib.
 Modus loquendi Scripturæ de fine incarnationis explicatur, ib.
 Unica et adæquata ratio incarnationis Christi in carne passibili, nostra redemptio, ib.
 Ex Scriptura ostenditur, ib.
 Incarnationem fieri necessarium fuit,posito primo decreto voluntatis divinæ in sensu composito, s. 5.
 Incarnatio quomodo non fuisset, si peccatum non fuit, ib.
 Incarnationem futuram etiam si homo non peccaret, quomodo verum, s. 6.
 Præsens decretum de incarnatione, licet præcedat permissionem peccati, habet tamen, supposita scientia conditionata, necessariam connexionem cum illa, ib.
 Utrum saltem ex alio decreto incarnatio fieret, cessante peccato, s. 7.
 Facta est circa quater millesimum mundi annum, d. 8, s. 3.

Licet convenienter tot seculis dilata, non tamen debuit in finem mundi differri, d. 6, s. 2.
 Incarnationis terminus duplex, terminans et resultans, d. 7, s. 1.
 Est actio realem terminum producens, ib.
 Ejus terminus adæquatus, est Deus homo, hoc est, substantialis seu individua quædam substantia, ib.
 Incarnatio est unio vera et realis, ineffabilisque Christi Dei hominis compositio, d. 8, s. 1.
 Incarnatio in re aliquo modo includit actionem productivam humanitatis; proprie tamen et in rigore actio unitiva est, non productiva alicujus extremis, ib.
 Est substantialis unio per modum compositionis ex natura et supposito, accidentalis nequaquam, neque ex partibus materialibus, metaphysicis, physicis, aut ex ente et essentia, d. 10, s. 2.
 Incarnationis descriptiva definitio, d. 8, s. 2.
 In Incarnatione quæ et quot interveniant, ib.
 Incarnatio, ut actio, toti Trinitati communis, s. 3.
 Per incarnationem mutari humanam naturam necesse est, ib.
 Quæ mutatio neque in qualitate, neque in relatione consistit, ib.
 Terminus formalis seu quod incarnationis, est unio hypostatica in humanitate facta, ib.
 Terminus a quo incarnationis est carentia termini ad quam, unionis scilicet in humanitate, ut actio enim non habet terminum a quo positivum, ib.
 Sufficit hanc carentiam antecedere prioritate naturæ, ut sit terminus a quo incarnationis, ib.
 Incarnationis causa efficiens principalis Sanctissima Trinitas, nulla creatura, etiam instrumentaliter, concurrente, d. 2, s. 4.
 Licet soli divinæ misericordiæ hoc beneficium tribuatur, qualiter potuerit cadere sub merito, s. 4.
 Incarnationem suam Christus non meruit, neque ejus circumstantiam, ib.
 Nullus hominum eam de condigno meruit, nec potuit a pura creatura sic mereri, s. 5.
 Incarnationis prædestinatio quater de potentia absoluta sub puri hominis merito cadere possit, s. 6.
 Incarnationem meruerunt antiqui Patres quoad executionem, et quoad aliquas circumstantias, ib.
 Et qualiter hoc meritum ad illam necessarium, ib.
 Incarnationem in Persona Patris et Filii factam esse quidam hæretici somniarunt, d. 12, s. 1.
 Cur potius in secunda persona facta, ib.
 An possit una persona sine alia incarnari, disputatur, ib.
 Per incarnationem divina natura fuit unita humanitati in persona Verbi, ib.
 Incarnatio qua ratione a Christo per scientiam infusam cognita fuerit, d. 27, s. 2.
 Vnde Unio, Persona, Subsistentia.

INFANS. INFANS CHRISTUS.

Infans in utero materno potest dici membrum Christi, d. 23, s. 1.
 Infantibus in gratia decedentibus debetur gloria ex justitia fundata in merito Christi, d. 41, s. 1.
 Infantium efficax vocatio est ipse baptismus, s. 2.
 Infantem baptizari ante mortem specialis gratia ob Christum data, ib.
 Infans Christus non habuit impedimentum usus rationis sicut alii parvuli, d. 30, s. 2.

Operabatur tamen vere ut infans, quamvis potuisset operari ut vir, d. 30, s. 2.

INJURIA.

Eo est gravior, quo dignior persona offensa et offendens vilior, d. 4, s. 3.
 Ex injuria illata duplex oritur obligatio in injuriante passiva una, activa alia, s. 5.
 Injuria facta in bonis superioris ordinis non potest bonis ordinis inferioris compensari, s. 6.

INSTRUMENTUM.

Quomodo differat a causa principali, d. 10, s. 1.
 Instrumentalis virtus in divinis instrumentis non est qualitas superaddita, nec per motum aliquem physicum in actu primo constituuntur, d. 31, s. 6.
 Non possunt sine aliqua virtute activa, per solam extrinsecam elevationem physice causare, ib.
 Nec per solam denominationem extrinsecam aut subordinationem ad Deum, si in eis nulla potentia supponatur, in actu primo constitui possunt, ib.
 Supernaturalis instrumenti elevatio quid sit, et quæ includat, ib.
 Instrumenta non eleventur ad agendum secundum quod habent potentiam passivam, ib.
 Instrumentum non agere virtute propria, sed principalis agentis, quo sensu verum, ib.
 Auxilium quo eleventur supernaturalia instrumenta, non est in ipsis tota ratio agendi, ib.
 Ad instrumenti rationem, nec quod procedat a causa principali, nec quod ab illa recipiat aliquid prævium ad actionem necessarium est, ib.
 In quo verè instrumenti physici essentia consistat, ib.
 Supernaturalia instrumenta, cum non limitentur ad agendum per contactum, operari possunt ubi non sunt, s. 7.
 Instrumentum vere et realiter agit, et ideo in eo requiritur actuale esse, neque operari potest non existens, ib.
 Instrumentorum naturæ vel artis tria genera, s. 8.
 Ad quod ex his generibus instrumenta divina reducuntur, ib.
 Non est necessaria in illis prævia actio propria et connaturalis ipsis, ut attingant effectum principalis agentis, ib.
 Nec attingunt dispositionem aliquam ex vi cujus principalis effectus resultet, ib.

INTELLECTUS.

Intellectus quomodo idem sit cum anima, vel diversus, d. 15, s. 8.
 Non concurrat ad visionem beatificam, ni juxta mensuram auxilii et formæ per quam elevatur, d. 22, s. 1.
 Intellectum creatum habuisse Christum de fide est, d. 24, s. 2.
 Qui est in naturali perfectione inferior angelico, perfectior omni humano creato, non possibili, s. 4.
 In intellectu Christi fuit actus creatus intelligendi, tam naturalis, quam supernaturalis, s. 2.
 Omnis actus intellectus Christi fuit verus, certus et evidens, scientiæque opinionem autem vel humanam fidem ex se fallibilem non habuit, ib.
 In intellectu Christi error cadere, aut in sermone mandacium, non potuit, etiam de potentia absoluta, s. 3.

In intellectu Christi fuerunt habitus naturales et infusi, d. 24, s. 3.
 Intellectio quæ fuerit sufficiens ad penetrandum objectum exacte ex parte ejus, erit sufficiens ad jusdem comprehensionem, d. 26, s. 4.
 Intellectus duas res simul cognoscere potest, et quomodo, c. 3.
 Intellectus et species intelligibiles quomodo concurrant ad intellectionem, d. 29, s. 2.
 Intellectionem, ut est actio vitalis, procedere ab intellectu, et ut est representatio objecti, procedere ab specie, quo sensu verum, ib.
 Intellectus in ordine ad naturales actus intelligendi de se habet vim activam ex parte potentiae requisitam, in ordine tamen ad supernaturales nec partialem habet connaturalem, ib.
 Intellectus animæ Christi non habet sufficientem virtutem activam naturalem ad actus scientiæ infusæ requisitam, nec ad illos elevatur per solas species infusas, ib.
 Intellectus agens animæ Christi licet prædictæ scientiæ infusæ rerum naturalium, otiosus non fuit, d. 30, s. 2.

IRA. IRA IN CHRISTO.

Ira in Christo esse potuit, d. 34, s. 3.
 Ira est effectus tristitiæ, seu passio composita ex tristitia et appetitu vindictæ, ib.

J

JESUS.

Jesus est homo, propositio est propriissime in materia naturali, et cur, d. 53, s. 2.
 Humanitatem formaliter significat, d. 53, s. 2.
 Jesu nomini specialis adoratio debetur, d. 53, s. 2.
 Eaque respectiva, ib.

JUDE TRIBUS.

Nullum habuit in Judæos dominium ante Davidem, d. 1, s. 1.
 Propter Messiam cæteris est prælata, ib.
 Qualiter usque ad Christum regiam potestatem obtinuerit, ib.
 Ad illam sacerdotium nunquam pertinuit, ib.
 Cur sola dicatur secuta Roboam, et non tribus Benjamin, ib.
 Quia Christo frui vel nescivit, vel noluit, sua dignitate privata est, ib.
 Ante adventum Christi semper aliis tribus prælata, s. 2.

JUDEI.

Judæorum capita a transmigratione adhuc circa Babylonem principatum habere fabulosum est, d. 1, s. 1.
 Potestas, quam usque ad Herodem habuerant, ab ipso ablata est eis, ib.
 Judæis redeundi e Babylone in patriam facultas, quando et quoties data, s. 2.
 Templum aliud spectantes, Salomonico gloriosius, insaniunt, s. 2.
 Eorum conatus in alio templo extruendo vanus, ib.
 Nullam aliam ob causam exultant, nisi ob Christi cædem, ib.
 Qualem expectent Messiam, ut propterea Christum Dominum respuant, ib.

Multa de Messiae adventu dicta metaphorice, ad corticem litteræ intelligentes, errant, s. 1. Item circa duplicem Christi adventum, quem unum fingunt, d. 1, s. 2.

Judæorum aliqui duos jam fingunt Messias, ib.

JULIANUS APOSTATA.

Imaginem Christi confregit, et Christianis quod idola adorarent, objecit, d. 54, s. 1.
 Signo crucis ex consuetudine contra suam perfidiam se signans, dæmones fugavit, d. 56, s. 3.

JUSTITIA. JUSTITIA CHRISTI ET DEI.

Proprie est ad alterum, d. 4, s. 5.
 Inter Patrem et filium non intercedere, quomodo intelligendum, ib.

Justitia unius personæ ad seipsam secundum diversas naturas esse potest, ib.

Ibi esse potest ubi injuria, ib.

Commutativa inter servum et dominum in humanis triplici ex capite esse nequit; secus inter Christum et Deum, ib.

Ad justitiæ actum exercendum quid necessarium, ib.

Ut inter duos intercedat, non est necesse ut uterque ex motivo formali justitiæ operetur, neque ut ratio vel obligatio justitiæ sit in utroque reciproca, seu ejusdem omnino rationis, ib.

Inter Deum et homines perfectissima justitia, ib.

Justitia in Christo non fuit distinctæ speciei a nostra, ib.

Justitiæ obligatio non cadit in Deum nisi ex suppositione alicujus pacti, ib.

Duplex est in Deo, generalis et specialis, et quid utraque, ib.

Justitia Dei generalis non est speciale attributum, sed omnia comprehendit, ib.

Distributiva est formaliter in Deo, commutativa eminenter tantum, ib.

Distributiva ex propria ratione pactum requirit, ib.

Non nisi ex promissione sub conditione operis æquivalentis, justitiæ debitum oritur in Deo, s. 5.

Justitiam inter servum et dominum intercedere non repugnat, ib.

Jus creaturæ ad rem nec minuit perfectum Dei dominium, nec imperfectionem aliquam in eo ponit, ib.

Justitia non attendit æqualitatem inter personas, sed inter datum et acceptum.

JUSTIFICATIO.

Fuit per propriam et perfectam contritionem, tanquam per ultimam dispositionem, d. 4, s. 8.

Idem est quod sanctificatio, ib.

Justificatio est translatio ab statu peccati in statum gratiæ, ib.

Justificatio includit remissionem peccatorum et infusionem gratiæ habitualis, unde eadem est ad remissionem, quæ ad justificationem, dispositio, ib.

Non tamen est prorsus idem justificatio cum remissione peccati, quia plus justificatio includit quam remissio præcise sumpta, ib.

In justificatione peccatoris non intercedit vera et propria justitia ex parte Dei, sed semper est opus misericordiæ, s. 9.

L

LATRIA.

Adoratio soli Deo debita latria dicitur, d. 51, s. 1.
 Interdum actum, interdum habitum significat, d. 53, s. 3.

Quæ dicatur perfecta latria, quæ vero secundaria, ib.

Nulla creatura potest esse objectum per se primo adorationis latriæ, tamen secundario per illam coadorari potest, d. 4, s. 5.

Distinctio latriæ soli Deo debite in externis actibus, potissimum ex interiori intentione pendet, d. 51, s. 4.

Vide Adoratio, Cultus.

LAUS.

Quædam species honoris est, d. 51, s. 1.

Laus divina, per quam quis Dei excellentiam et suam ad illam submissionem profitetur, genus quoddam adorationis est, s. 2.

LEX. LEGISLATOR.

Legem nemo potest imponere, nisi qui potestatem habet coactivam, d. 43, s. 1.

Lex divina duplex, naturalis et positiva, et hæc rursus in generalem et specialem dividitur, s. 2.

Lege naturali obligari, et quasi proprietas consequens humanam naturam, ib.

Legislatores quandoque legibus a se conditis obligantur, ib.

Lex vetus solum eos obligabat, qui per seminalem rationem ab Abrahamo descendebant, vel se illi sponte subdebant, ib.

Legislatoris potestas in Christo a regia potestate et sacerdotali non distinguitur, d. 46, s. 1.

Lex gratiæ est perfectior lege naturæ et veteri, et eodem modo ejus sacrificium, s. 4.

Lex Scripta, licet legem novam representaverit, non tamen dici potest lex nova esse secundum ritum veteris, ib.

LIBERALITAS.

Liberalitas maxime conveniens ei qui bonus est, et fere soli Deo propria, d. 2, s. 4.

Liberalitas Dei magis elucet in eo, quod hominem ex rigore justitiæ redemit, quam si gratis ipsi condonaret omnia, d. 4, s. 2.

LIBERUM ARBITRIUM CHRISTI, NOSTRUM, LIBERTAS.

Liberum arbitrium ex hoc potissimum principio Patres colligunt, quod simus capaces præcepti et obedientiæ, præmii et meriti, d. 33, s. 3.

In hoc consistit, ut non solum a coactione, sed a necessitate etiam sit immune, d. 37, s. 2.

Quomodo fuerit in Christo, etiam si fuerit impeccabilis, s. 3.

Libertas perit ex suppositione, qua posita necessario actus sequitur, si suppositio libera non est, ib.

Ut aliqua suppositio tollat libertatem, necessarium est ut aliquo efficaci et veluti physico modo determinet voluntatem ad talem actum, ib.

Libertatem non tollit divinæ voluntatis decretum quod humanum antecedit, etiam si illo posito infallibile sit, hanc consensuram vel operaturam, ib.

Libertatis exercendæ modus ita est intrinsecus vo-

luntati, ut non possit rationabili præcepto impediri, d. 41, s. 2.

Libertas requiritur ad meritum ex intrinseca natura et essentia meriti, d. 38, s. 5.

LITANIE.

Usus a Papa Gregorio tempore cujusdam pestis introductus, d. 4, s. 6.

LUMEN. LUMEN GLORIÆ. LUMEN SCIENTIÆ.

Lumen gloriæ cur sit ad visionem beatam necessarium, d. 29, s. 2.

Per lumen gloriæ quid Theologi intelligant, ib.

Habet conjunctam essentiam divinam per modum speciei seu objecti actu intelligibilis, d. 40, s. 2.

Lumen gloriæ fit in animabus beatis per Christi humanitatem, d. 31, s. 2.

Lumen scientiæ infusæ est unus tantum habitus seu simplex qualitas, d. 29, s. 4.

Lumen scientiæ infusæ esse idem cum lumine gloriæ probabile; oppositum probabilius, ib.

Lumen, quod illuminantur colores, inhaeret corpori colorato, quoad extrinsecam superficiem, d. 12, s. 2.

In lumine ita esse virtutem activam ad producendas species, ut colores nullam habeant, error in philosophia, ib.

M

MACHABEI.

Fuerunt ex tribu Juda juxta maternam originem, non autem juxta paternam, d. 1, s. 1.

MARIA.

Maria Virgo vere concepit Deum, quia ejus conceptio in eodem instanti fuit ad Verbum terminata, quo humanitas Christi Verbo unita est, d. 8, s. 1.

Non fuit ita sanctificata per conceptionem, sicut humanitas per unionem, d. 9, s. 2.

An effective attigerit unionem hypostaticam. Pars affirmativa pia et probabilis, non tamen necessaria, d. 10, s. 1.

Mariæ consensus Angelo præstitus, fuit medium ad executionem incarnationis, s. 6.

Fuit Maria realis ac physica causa Christi Dei hominis, ib.

Digne fuit disposita ut esset mater Dei, ib.

Consecuta est hanc dispositionem, partim ex divina gratia, partim per opera sua et merita de condigno, ib.

Ejusdem prærogativæ, partim divinitus concessæ, partim ab ea comparatæ, quibus eam dignitatem adeptæ est, s. 7.

Non meruit de condigno esse mater Dei, ib.

Et qua certitudine hoc tenendum, ib.

Potuit de potentia absoluta hoc mereri de condigno, non merendo ipsam incarnationem, ib.

Maria Virgo non meruit etiam de congruo, ut eligeretur in Dei matrem, s. 8.

Mariæ operibus defuit promissio et pactum, et connaturalis proportio cum divina maternitate, s. 7.

Mariam non elegit Deus in matrem quia virgo futura, sed elegit ut esset virgo, quia matrem debebat, s. 8.

Consentiens Angelo plus meruit quam omnes Angeli et homines sancti omnibus suis actibus, ib.

Supposita Dei ordinatione, ex nulla alia femina